Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Amos

causas Lectione comprehensas et regnum dei. Ipse ysrahel significat
hebrea hunc dicit esse qui sub rege Samarie Achab et impie
sima Iezabel pauit centum prophetas in speluncis ut speciebus ne
inuenirent genua ante Baal et de septem milibus erant quos helias
arguit ignorasse sepulcrum quorum eis usque hodie ait arauseolo he
lyse prophete et johannis baptiste. Sebaste ueniebat habere olim
Samaria dicebat. hanc herodes rex antipris filius thoni
augusti cesaris grecum nomen uocauit augusta. Igitur per centum
prophetas pauerunt acerpit gramen prophetale et de duae exercitus
fit duo ecclesie. Tunc in Samaria parum igitur pauerunt. Nunc
in toto orbe xpi pascit ecclesias. Et sancti septuaginta meruit
coronam passionis. sic hic fiunt dei ait paulo apostolo gloriari
et abdias seruus dni. in nomine sonat eloquio et argumentum

Abdias quia interpretatur seruus dni ponit
contra Edom sanguineum terrenumque fratrem iacob semp
ernum hasta pauit spiritali etc.

Visio abdie hec dicit dns deus ad edom audiui
ulnus a dno et legatum ad gentes missum. Surgite et
consurgamus aduersus eum in pluribus te dedi in
gentibus contemptibilis tu es nimis. Superbia cordis tui extulit
te habitans in scissuris petre exaltans solium suum. Qui dicis in
corde tuo. Quis deiciet me in terram. Si exaltatus fueris ut aquila
et si inter sidera posueris nidum tuum inde deiciam te dicit dns. Si
fures intrauerint ad te si latrones per noctem quomodo te conticuisses
nonne furata essent sufficientia sibi. Si uindemiatores ueniss
ad te nunquid non saltem racemos reliquissent. Quomodo scrutata
sunt esau inuestigauerunt abscondita eius usque ad cum dim
serunt te. Omnes uiri federis tui illuserunt tibi. Inualuerunt
aduersum te uiri pacis tue qui comedunt panem ponent insidias
subtus te. Non est prudentia in eo. Nunquid non in die illa dicit dns. Perdam
sapientes de idumea et prudentes de monte esau. Et pauebunt fortes
tui theman. Ut interficiatur uir de monte esau propter interfectionem
fratris iacob. Propter iniquitatem quam operatus es in fratrem tuum iacob operiet te confusio et
peribis in eternum. In die ait stares aduersus eum qui capiebant
alienigene exercitus eius et extranei ingredientur portas eius